Universitätsbibliothek Paderborn

De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv, Commentarii

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Orator Comitioru[m] deligitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

Visual Library

ſancienda erant, rectè & commodè haberetur. In his Comitiis mos eſt ex beati Ignatij ductus inſtitutis, vt quo die eundum eſt in ſuffragia, eo die ad omnes, quibus ſuffragij latio eſt, in vnum congregatos, de corpore ipſorum Pater, quem iidem arcanis ante ſuffragiis deſtinarint, orationem latinam habeat loco, temporiq; accommodatam. *Orator Comitiorum deligitur.* Prima hæc in hoc genere, & ſane grauis dictio in tanta præſtantium virorum copia Petro Caniſio demandata eſt: nec minore aſſenſu eſt auditus, q̃ conſenſu lectus Orator. Nimirum id affirmari ferme licet de eo, quod ſibimet eueniſſe B. Auguſtinus tradit: quocunq; loco interfuerit, vbi inter multos ad dicendum idoneos, ad vnum eſſent deferendę dicendi partes, nunquam nō ad ipſum fuiſſe delatas. Sexto Nonas Iulias, quem diem inuiſens Eliſabetham Deipara conſecrauit, Iacobus Lainius creatus eſt Præpoſitus Generalis. In res inde Societatis publicas, priuataſq; ordinandas curæ verſę, eo maximè opportunis Caniſij conſiliis, quod longo vſu, & magnitudine ſapientiæ rerū ad ſeptentrionem ſtatum vnus omnium perſpectiſſimum habebat: nihilo tamen ſecius in ſancto illo cœtu diutius ei pacato ſedere non licuit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN